



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

2. De Ministro Baptismi, deque susceptoribus seu patrinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

differentem specie, iuxta communem DD. sententiam, non confertur Baptismus. Quod si vero dubitetur, an sit aqua vera uti est nix, glacies, pruina, priusquam liquefat, non licet extra necessitatem extremam ea uti absque sacilegio. Cur vero potius per aquam, quam per aliam materiam conferatur, plutes adseruntur rationes, e quibus tres referunt Catechismus Rom, quartum prima est, quia cum Baptismus omnibus omnia ad salutem sit necessarius, conveniens fuit, ut conferretur per aquam, quae est omnibus communis & facile ab omnibus haberi posset. Secunda, quia aqua effectus Baptismi maxime significat: ut enim aqua sordes abluit corporis, ita Baptismus maculas seu peccata animae delet. Tertia, quia ut aqua regurgitatis corporibus aptissima est, sic Baptismo cupiditatum ardor maxima ex parte extinguitur.

4. Per sequentem particularē, in verbo vi-  
x, exprimitur forma, quae est verbum spirituale vivificans: non enim sanctis aqua, nisi in eam Spiritus sanctus descendenter, & aquam consecraverit, can. Per aquam 9. De consecrat. Dis-  
finit. 4. quod sit accedere verbo ad aqua ele-  
mentum, d.c. penult. & alio h. ii. & explicite his  
verbis exprimitur: Ego te baptizo in nomine Pa-  
tri & Fili & Spiritus sancti, c. l. b. t. Effici tamen  
Baptismum etiam hac forma, qua G. xci utu-  
tur, Baptizetur talis servus Christi in nomine Pa-  
tri & Fili &c. vel, Baptizatur manus meis,  
in nomine patris &c. declarat Conc. Florent. in  
instru. Armeniorum de baptismō. Idem d. cen-  
dum de hac forma, Baptizat te Christus in no-  
mine Patris &c. Haec tamen forma, cum sint  
contra pietatum Ecclesie, non sunt à Latinis  
ultrapandae.

Adicō autem necessaria sunt ad Baptismum  
aqua & verbum, ut altero omisso non sit Bap-  
tismi Sacramentum. Errat tamen in pronunia-  
tione syllabarum per ignorantiam recti ser-  
monis aut lingue impedimentum non officit,  
can. Si non j. 2. & can. Retulerunt 86. De consecrat.  
Diffinit. 4.

Ablutio seu mersio in aquam an unica sit,  
quae unicam Christi Passionem significat, an  
trina, quae Trinitatem, non interest. Et satius  
est servare aut retinere Ecclesie cuiusque con-  
suetudinem, can. De trina 80. De consecrat. Di-  
finit. 4. Necessecum tamen est, ut aqua tangat

immediate corpus, quamvis sufficiat minimam  
guttam aquae tangere quamcunque veram par-  
tem corporis vivam, etiam minimum digitum:  
imò & capillos, secundum quosdam, quamvis  
hoc postremum falsum certum sit. Debet vero  
ablutio seu mersio fieri dum verba proferuntur,  
quia verba & forma in collatione Sacramen-  
tum conjungi debent. Et cavendum, dum tri-  
ablutione tota forma repetatur, sed ut sub una  
formā prolatione tres sint ablutiones. De a-  
lijs ceremonijs, ab Ecclesia adh̄ beri solitus, vi-  
de Bellarm. 2. Controversij lib. 3. De Sacramento  
Baptismi, cap. 25. De earum vero significacione,  
vide can Postea 68. usque ad can. Venit. De consec-  
ratio. 4.

5. Dividitur autem Baptismus in Baptismum  
fluminis seu aquæ, quem ante d. finivimus,  
Baptismum fluminis seu spiritus, qui sit per  
contritionem & conversionem ad Deum, &  
Baptismum sanguinis seu Martyrii, qualis fuit  
Innocentium, & Latronis, in Cruce Deum con-  
sentis, can. Baptismi 34. can. Catechismus  
37. de consecrat. Diffinit. 4. Primus propriè  
dicitur Baptismus: reliqui ratione effectus.  
quia scilicet Baptismi effectum habent delatio-  
nem nempe peccati originalis, & in adultis a-  
equalis gratiae collationem, quando Baptismus  
aquaे haberi nequit, d. can. Baptismi, & alio si-  
milibus. Si quis autem baptizatus fuerit Baptis-  
mo fluminis, data opportunitate tenetur susci-  
pere Baptismum aquæ.

## §. II. De ministro Baptismi, deque sus- ceptoribus seu patrinis,

1. Minister hujus Sacramentij est solus Sacerdos:
2. Et in necessitate aliud quilibet.
3. Patrini seu susceptores cur necessarii in bap-  
tismo.
4. Sufficere ad summum duos, scilicet unum &  
unam.
5. Qui prohibeantur esse patrini.

I. **M**inister Baptismi ex officio est solus Sa-  
cerdos, id est, episcopus & presbyter,  
non etiam Diaconus, nisi ex commissione Sa-  
cerdotis, Parochi, vel Episcopi, can. Dis-  
cessus coros

conos 13. Diff. 93; can. Confat 19. De consecrat.

Diff. 4.

2. In casu tamen necessitatis extremæ etiam

Diaconus, imò & laicus baptizare potest, d.

can. Confat can. In necessitate 21. De consecrat.

Diff. 4. atque etiam mulier, absente viro, can.

Mulier ead. Diff. Quin & paganus, Judæus,

Schismaticus, hereticus, & ficionofus quis-

que, ut patet ex variis Canonibus d. Distinct. 4.

modò formam ecclesie servent, & facere in-

tendant, quod fecit ecclesia: & speciatim de

heretico finitum existat in Conc. Trid. Sess. 7. c.

4. Idque receptum est, ne quis sine lavacio re-

generationis decadat, d. can. Confat in fine.

Quam ob causam etiam pater proprium filium,

in extremo vitæ positum, & nondum

baptizatum, baptizare potest, nec ideo à ma-

trimonio vel copula uxoris arectur, can. Ad li-

mina xxx. quest. i. Nemo tamen seipsum bapti-

zare potest, quia inter baptizantem & capti- 22.

tum debet esse discretio, ut indicat pronomen-

Te, in assignata ante forma, cap. debitum 4.

hoc est.

3. Præterminstrum Baptismi, nisi bapti-

zandi aliud urgeat necessitas, solent & alij adhiber-

nempe sponsores, qui Patres lustrici, Pa-

trici, Matrinæ vulgo vocantur, vel suscep-

tores, quorum fide & professio, qui per se cre-

dere vel loqui nesciunt, ut parvuli, muti, & surdi,

& agrotantes, qui pro se respondere non

possunt, baptismus suscipiunt, can. Parvuli 74.

cum can seq. d. Diff. 4.

4. Et quidem de Iure communii non nisi u-

nus, sive vir, sive mulier, suscipere baptizatum

de sacro fonte potest, can. Non plures 101. d. Dis-

tingt. 4. c. fin. De cognat. spirituali in 6. vel ad

fumnum unus & una, ut novissime statuit

Conc. Trid. Sess. 24. De reformat. matrim. c. 2.

qui tamquam proprii parentes debent bapti-

zatum institutum in necessariis ad salutem, in Sym-

bole, Oratione Dominica, mortuis, vel id face-

re neglegentibus parentibus.

5. Ab hac susceptione infantis in baptismō

arcentur in primis heretici, Judæi, infideles,

can. In baptismate 102. d. Distinct. 51. Item Ab-

bas, Monachus, Monialis vel religiosa persona,

can. Non licet 103. can. Monachi 104. ead. Diff:

Regulariter etiam pater & mater naturalis re-

spectu filii sui, can. penult. & ult. xxx q. 4. Qua-

ratioque autem ex hujusmodi susceptione &

inter quos contrahatur cognatio spiritualis lib.

4. explicabitur.

§. IH. Quinam baptizandi, & in quo

loco.

1. Baptizandi etiam parvuli, egri muti & surdi.

2. Non vero dormientes aut amenter.

3. Infans in utero matris quatenus baptizandus.

4. Baptismus in Ecclesia conferendus.

**V**T in veteri lege Circumcisio tam parvu-  
lis quam adultis ad salutem necessaria er-  
rat, ita etiam Baptismus, quia in ejus locum  
succedit, c. Majores 3. b. t.

1. Et quidem parvuli, licet adhuc loqui vel  
credere nesciant, sicut etiam agri, muti & surdi,  
qui pro se respondere non possunt, alius  
vice illorum profidentibus & respondentibus  
de fide, recte b. primum suscipiunt, can. Par-  
vuli 74. & seq. can. Cum pro parvulis 77. & aliae  
similibus, De consecrat. Distinct. 4. Majores ve-  
ni per & pro se respondere possunt, pro qua si-  
de & professione eundem suscipiunt. Idque  
necessitatem est, ut habeant intentionem recipien-  
ti id, quod dat Ecclesia vel Christus instituit:  
imo ad eum gratia habere quoque debent  
fidem juxta illud Christi: Qui crediderit & bapti-  
zatus fuerit, salvus erit: item dolorem de-  
peccatis, cum proposito melioris vita juxta  
illud Actu. 2. Pænitentiam agite, & baptize-  
tur unusquisque vestrum in remissione peccato-  
rum.

2. Quidam tamen expresse prohibentur bapti-  
zari: nam in primis adulti dormientes vel a-  
mentes non aliter baptizari cum efficiunt pos-  
sunt, quam si ante somnum vel amorem bat-  
zari voluerint, d. c. Majores §. tum quarum.

3. Non baptizatur etiam infans, exiens in  
utero matris, quia qui natus adhuc secundum  
Adam non est, renasci secundum Christum non  
potest: neque reperi potest regeneratio, ubi  
generatio non praecessit, can. Qui in maternis  
115. d. Distinct. 4. Materque prægans baptiza-  
ta nihil in hoc participat infans, qui nasci-  
tur, quia uniuscuiusque propria voluntas in  
confessione fidei spicenda est, can. Secunda  
114. can. Si quia mulier 116. ead. Distinct. Si  
tamen infantis in utero existens aliquod mem-  
brum ex utero appareat, in eo, si modo vivar,  
ur gen.